

**Ordinis medici in Academia Vitembergensi decanus ... Jo. Gothofredus Berger ... Lectori benevolo S.P.D. eundemque ad dissertationem inauguralem de morbis senum / ab autore ... Paullo Hofmanno ... publice habendam ... invitat.**

### **Contributors**

Berger, Johann Gottfried von, 1659-1736.  
Universität Wittenberg.

### **Publication/Creation**

Wittenbergae : Typis Christiani Schrödteri, [1693]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/s7yskyv2>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

ORDINIS MEDICI  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
DECANUS ET SENIOR,  
**JO.GOTHOFRE-**  
**DUS BERGER,**  
D. PATHOLOGIAE PROF. PUBL.  
ET h. t. RECTOR,  
*LECTORI BENEVOLO*  
*S. P. D.*  
EUNDEMQUE  
AD  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*DE*  
**MORBIS**  
**SENUM**  
Ab  
AUTORE CLARISSIMO  
**PAULLO HOFMANNO,**  
Dresdensi,  
*D. XXI. Novembr. M DC XCIII.*  
publice habendam,  
observantia, quanta potest maxima, & perhumaniter invitata.

---

Typis CHRISTIANI, SCHRÖTERI, Acad. Typ.

# ORIGINAL MEDICAL

三

АГДАМЕРГЕНА  
СОИСА ТА СОИСА

# ЕЖОНОВОЕ

# ЯЕРЯДЫ

# БАБІОНІКОГЛАРЫ

ОДНОМЯСЫХОГДА

ENDERMOE

Городища възстановятъ със земя и камъни

# МОРЯКИ

# МУЖС

# ОЧИАДНОНІДЕЛІЯ

D. B. 7.

Tsī nihil minus instituti hu-  
jus interesse videri poterat,  
qvam ut qvidqvam hoc loco  
afferrem, quod ad CL. Candi-  
dati nostri vitæ & studiorum  
imaginem exprimendam non pertineat : ta-  
men, quod is morbos senum persecutus est,  
in memoriam mihi redigit M. Catonem,  
quem M. T. Cicero de senectute loquentem  
facit, & quatuor reperientem caußas, quam-  
obrem illa misera videatur: ut occasionem na-  
sti alteram ab eo mutuemur, & queramus,  
*corpusne senectus faciat infirmius?* Equi-  
dem Cyr9, ut Xenophon auctore est, eo sermo-  
ne, quem moriens habuit, cum grandis natu-  
essen, negat senectutem suam unquam imbe-  
cilliorem factam, quam adolescentia fuisset.  
Neclonge abierimus, & a regnis reqve pu-  
blica ceperimus exempla hæc talia, qvando  
in arte nostra ad manum sunt, eaqve sermo-

nibus scriptorum percelebrata. Hippocra-  
tem enim, Asclepiadem, Avenzoarem, Aver-  
roem nominare possumus, principes medi-  
corum: qvorum primus ad quartum & cen-  
tesimum annum ætate proiectus est: alter  
in nullum unquam morbum incidit, & ad ex-  
tremam senectutem vixit, donec scalarum-  
lapsu examinatus est: tertius vero ac quar-  
tus centesimum annum excesserunt, qvem.  
Græci pariter ac Romani, atqve ipsi adeo Ju-  
ris civilis autores inculcant. Ceteros omit-  
to, ne plures enumerando Lectores fatigem.

Sed intelligendum est, (quod Senex no-  
ster tradit *L.de Vet. Med.*) in corpore hominis  
inesserit particulas vi naturaque dissimiles, ex  
earumque concursione sanguinem confici,  
a quo spiritus noster pendet. Per has bene  
maleisque est. Ac bene, cum eæ moderate in-  
ter se affectæ sunt & temperatione & pote-  
state & copia, præsertim autem si permistæ  
sunt; male vero, cum earum aliqua aut po-  
tentior, aut infirmior est, aut a ceterarum so-  
cietate refugit, neqve cum ceteris omnibus  
temperata est. **Q**uod senibus facile usu ve-

nit. Nam cum ea principia ita constitutas  
sint, ut motu nunquam insistente se oppu-  
gnent, sibiique resistant, efficitur profecto, ut,  
mutuo conficiantur paulatim, & mutatio in-  
gens imminutioque inde in nobis existat.,  
ac tandem dissolutio temperationis conse-  
quatur, labefacta convulsaque natura, quæ  
contrariorum inter se pugnantium copula-  
erat. Adhæc perpetua corporis nostri ex-  
piratione non parum frangimur. Decedit  
enim quotidie, & in omni temporis puncto,  
quædam nostri pars, cuius detractione dimi-  
nuitur corpus, ut, nisi victu tantundem resti-  
tuatur, quantum amissum est, affligatur, ner-  
viisque incidentur, & sine viribus ac nutans  
aliquandiu stet hæc fabrica, pauloque post  
desidat ac disjiciatur. **Q**ua quidem vicissi-  
tudine, tanquam reciproco æstu, assidue quæ-  
dam de corpore exeunt, quædamque identi-  
dem recipiuntur in locum relictum, neque  
aliter fieri potest, quin robur vitæ tandem in-  
fringatur. Ubi enim succus ille mitis par-  
tium diffatus est, & dilapsæ particulæ rigi-  
das illas & exsangues reliquerunt, membra.

flaccescunt & extabescunt, perinde ac stirpes  
antiqvæ exarescunt. Hæc affectio in ani-  
mantibus senium , in stirpibus vero ariditas  
appellatur. Ut causa sit, qvamobrem sene-  
ctutem marcescenti stipiti comparemus.  
Hoc enim fato obimus , sic animantes sua  
morte defunguntur, ut corpus prius, qvam  
extingvatur, qvotidie magis & magis exhaus-  
riatur, & junceum fiat, strigosum, rugosum,  
atqve effætum tandem ac vietum. Atqve  
adeo cum in senectute, nec repugnante na-  
tura, deficiamus, non tamen uno eodem  
qve tempore omnes ad eam pervenimus,  
propterea quod utrorumqve exempla multa  
& illustria ante oculos nostros proposita sunt,  
& qui mature , & qui sero senes fuerunt.  
Neqve enim non audiendi plane sunt , qui  
hujus rei causas in ceteris has interponunt,  
quod, ut in ipsa natura rerum ratio inhæ-  
ret, fortes fortibus, imbellles imbellibus cre-  
entur ; & cœlum, sub qvo alimur , educa-  
mur, & spiritum ducimus, ut ingenia maxi-  
me, sic non minus corpora vi tactuqve suo  
singat ; tum vero in primis sua cuiqve mo-  
dera-

deratio & intemperantia robur conservet ac  
firmet, aut obterat, ut, qui imbecillus est, ra-  
tione robusto salubrius vivat, &, qui firmis  
lateribus, dissoluta vivendi licentia qvam-  
libet infirmo citius consenescat. Qvarum  
ultimam respexit Philippus qvidam Sophista  
apud Aetium, de qvo fortasse Galenus memi-  
nit sub nomine Philosophi, cum immortaliti-  
atem iis promisit, qvi vivendi rationem suo  
nutu regerent. Neqve id præteribo, qvan-  
do ad dignitatem disciplinæ nostræ permul-  
tum affert, naturam arte custodiri ac corri-  
gi, & medicinam ad salutem hominibus a  
DEO datam esse, eosqve remediis efficacissi-  
mis, si hæc suo qvodqve loco adhibeant, diu  
multumqve se tueri posse. Igitur, ut ad  
Cyrum redeam, is tam prospera valetudine  
sua non dicam regis, sed hominis beatissimi  
rarum exemplum prodit, talisqve a posteris,  
nec invitis, fertur, qvalem se ferri debere ipse  
existimavit, qvod & puer eorum fructum  
ceperit, qvæ in pueritia præclara habentur;  
& postea, qvam robustior factus sit, eorum,  
qvæ in adolescentia; in confirmata vero æ-  
tate

fate eorum, qvæ virorum sunt; &, ut longissime ætate progressus fuerit, ita maxime vires collegisse sibi visus sit. Sed an multitudinem eodem gloriari possint, qvo hic Cyrus, nec potius fortissimum qvemque suus subinde sensus admoneat, ut fateatur, corpore quidem se senem esse, sed animo nunquam fore, ipsi viderint. Qvod quidem accerrimus Agesilaus unus hominum demonstrasse creditur. Atqve hanc quidem firmitudinem corporis ad senectutem, frugi adolescentiæ fundamentis constitutam, Cicero, ut videtur, retulit. Nec vero aut Hippocrates, aut Asclepiades, aut si qui his ætate suppare, vel inferiores; qvo referendi quoque sunt Ausonius, Rhase, Avicenna, Mesue, Albertus M. & in citerius, Aquapendentes Mercati, Clusii, Finckii, Langii, Plateri, Peuceri, Sylvatici, Sebizii, &, qvem omitti nefas sit, cum literarum instauratione, tum medicinæ scientia notissimus, Nic. Leonicenus Vicentinus, sextum & centesimum annum, (si Montanum seqvimur) egressus: hi omnes pro senectute causam non satis dicere videntur.

tut. Imo vero potius medendi arti pondus addunt, qvando præceptis suis ad vitæ legem, non ad ostentationem scientiæ usi sunt, ut ostenderent, fieri posse, qvæ docerent. Sub qvibus exemplis multi medicina se muniunt, & succum sanguinemqve retinent, atqye amissum recipiunt, ut extremo tempore ætatis strenui & acres sint, nec languescentes senectuti succumbant. Ut non temere dixisse existimandus sit, qvicunqve dixit apud Comicum : Ipsa senectus morbus est. Nunc ad propositum veniam..

Princi-

pio, si magni ad famam & decus cujusqve interest claris parentibus oriri , felicem-  
fero CL. Candidatum, qvod Dresdæ, in ipsa dignitatis sede, Patre natus est viro divini spiritus, & meritis in rem sacram, honori-  
busqve insigni, *Paullo Hofmanno*, Docto-  
re Theologo, primum Divi JOANNIS GE-  
ORGI III, adhuc in spem Septemviratus  
educandi magistro morum, tum Pastore at-  
qve antistite ecclesiæ Torgaviensis, nec non Capitulo VVurzensi præfecto, nunc Thoru-

ni Prusorum Pastore, Ministerii Seniore,  
ibidemque gymnasii Rectore, ac Prof. Publico: matre vero *Anna Sibylla*, gente *Fria-  
sia*, matrona priscæ severitatis & proposito,  
qvoad vixit, sancta, ac suo loco ordineque  
digna, sed lugenda multum, qvod mature,  
filio adhuc impubere, decessit. Hunc pue-  
rum Pater literarum studiis servavit quidem,  
sed religione metuque DEI primo omnium  
imbuit, qvod ab hoc spes vitæ omnis, & au-  
spicia secunda adversaqve proficiscuntur.  
In qua disciplina is unus omnium maxime  
proficere poterat, qvod in domo adolesce-  
bat religionis magistra, in qua omnia ad con-  
scientiam & honestatem referebantur. In-  
terea loci literas attigerat, atque iis ita jam  
tinctus erat, ut scholæ Torgaviensi interesse  
posset. Hujus præceptoribus cum multis  
usus est, iisdemque integerrimis, tum in pri-  
mis *M. Reichmanno*, ludi ejusdem modera-  
tore, & ingeniorum existimatore peritissi-  
mo. Hæc doctrina ei cum condiscipulis  
communis erat. Domi autem non deerant,

qui

qui suorum officiorum admonerent, & timui ac  
se remiserat, virtutis studio incitarent. In  
qvibus primo loco ponendus est *M. Lauren-*  
*tius Pöschmannus*, postea Lissenfis Ecclesiæ  
apud Sarmatas Diaconus princeps. Accidit, ut  
Pater honoratissimus a magistratu urbis Thoru-  
niensis, in Prussiam Senior, Rector gymnasii  
florentissimi, & doctor posceretur, de cuius do-  
ctrina, summa virtute, & integritate in omnibus  
vitæ munib[us] spectata, negotiisq[ue] dati pro-  
curatione apud exteror[um], & longis locorum inter-  
vallis disjunctos, sermo jam olim increbuerat.  
Precibus justis locum reliquit, & fortunas suas fa-  
miliamq[ue] eo trajecit, anno, qvam res hominum  
restituta est, millesimo, sexcentesimo secundo &  
octogesimo. Jam ex ephebis excesserat Noster,  
& liberalissimis doctrinis ab ineunte ætate innu-  
tritus, eo creverat, ut in gymnasio ejus loci illustri  
Parentem multa veneratione dignum, rem sacram  
graviter sapienterq[ue] interpretantem audire, &  
*Venceslao Joannidi* poeticen, Græcasq[ue] lite-  
ras tradenti, operam dare posset. Ab *Joanne*  
vero *Sartorio* facultatem copiamq[ue] dicendi, &  
officii vim naturamq[ue] perdiscebat. Fuerunt et-  
iam alii ad laudem duces, qvibus plurima indi-  
dem accepta aperte refert. Sed magna volunta-

te perfunditur, cum ei venit in memorem recordari M. Christoph. Hartknobii, doctrina omni exculti, & sapientiae studio præstantis, cijus in docendo fides, industria, & peritia in animo ejus ac sensu affixa sunt, &, qvoad vita suppedit verit, erunt. Satis jam satis Pater perspexerat, ad eam ingenii maturitatem eum pervenisse, ut major spectare posset. Hac mente in urbem Dantiscanam in studia missus est, qvando ea non magis commerciis & celebritate hominum freqvens erat, qvam studia severa alebat. Eo domo profectus vidit audivitqve viros doctos, sed D. Heyseum arcte complexus est, eiqve de Natura & Medicina scite commemoranti adstitit. Quemcum eo merito dolemus, prius e vita excessisse, qvam conata pro eo atqve animum tanq; arcum intentum habebat, perficere e republica Medicinæ potuerit. Sed jam olim, nec dum a parentum complexu distractus, Vitebergam animo peregrinatus erat, qvam in Saxonibus natus & versatus celebrari cognoverat, & in Prussis Religionis domicilium, ac literis virisqve incitatissimam usurpari audiverat. Igitur longum qvamlibet impeditumq; iter ad nos suscepit. Venit autem, ut commoraretur, non, ut videret Academiam, & abire. Hic ad Medicinæ studium, ad qvod proclivis ingenio

ingenio semper fuerat, omni animi contentione ag-  
greſſuſeſt. Sed ducem, qvo regeretur, primum na-  
tus eſt nobilissimum & celeberrimum Virum D.  
**Vaterum**, ſub qvo Phyſiologiam & **Chimiæ** artes  
a herbarum naturam viresq; edoctus eſt. Qvæ re-  
rum cognitio qvanto plus adjumenti ad reliquum  
operis, in iis præcipue fundatum, ei attulit, tanto  
minus intermittet, qvo ad ejus fieri peterit, humani-  
tatem hanc, & allatam in erudiendo constantiam  
extollere. Venio nunc ad alterum, ſed nemini  
ſecundum, Generofum & inclutum Virum D. *Fran-*  
*cum de Frankenau.* Hunc multum veritus eſt, &  
ſic ſuspexit, ut nullum tempus ejus publice pri-  
vatimq; audiendi prætermiferet. Quidquid  
autem ab eo didicit (qvod omnino plurimum  
fuſſe gratiſſimus agnoscit) id omne animo peni-  
tus infixit, & custodiet ſemper, ut egregium pla-  
neq; illuſtre. Hæc teſtimonia ampliſſima ſunt  
& diligentiæ, & prudentiæ Noſtri, quod optimum  
qvemq; ad imitandum ſibi delegit. Qvod me  
hiſ nobilissimis Viris ſubjungit, & mea domo non  
plane indoctum ſe exiſſe affirmat, fatear necelle  
eſt, eum in me, ex ſuperiori loco loqventem, ani-  
mum acriter defixiſſe; intus autem domiq; Me-  
dicinam, qva pertinet, explananti, ad ultimum  
affuiſſe. Neq; vero putandum eſt, ſolo Medi-

cinæ studio tempus omne, qvod hic transegit, eum  
contrivisse, nec lingvam procudere, & ad pru-  
dentiam exemplis, ex omni memoria deponit,  
qvod fidelissimum præcipiendi genus est, imbui,  
neque Mathematicarum disciplinarum notitiam  
habere cupuisse. Namque ad amplissimum ora-  
torem nostrum, *Georg. Casparem Kirchmayerum*  
habitatum concescit, & in viri gravissimi convi-  
etu diu mansit, eumque dicendi magistrum ha-  
buit. Eodem arbitro ac disceptatore, de *Metal-  
lurgia* publice egit ; ac duce, de *Corona Christi  
spinea* in magna hominum doctissimorum cele-  
britate dixit. Virum autem domi forisqve Cla-  
rissum, *Conr. Samuelem Schurzleiscium*, mo-  
numenta vetusta replicantem, & nativo limato-  
que commentandi genere illustrantem, audivit.  
In pulvere etiam erudito exerceri coepit, adhi-  
bito in consilium *Martino Knorio*, in forma ope-  
ris sui perfectissimo. Qvibus instructus doctri-  
næ præsidiis in Academiam Lipsiensium demigra-  
vit, de qvorum exquisita scientia, & laudibus o-  
mnis generis, magnifice apud nos existimari co-  
gnoverat. In magna autem felicitatis parte po-  
nit, qvod adventu suo eximus *D. Bobnus*, The-  
rapeuticen enucleavit, & venerandus ordinis Me-  
dici Decanus, *D. Frisius* Pathologiam accommo-  
date exposuit. Multis vero nominibus eum sibi  
devinxit

devinxit excellens Vir, D. *Rivinus*, qvod ejus conatus ope manuqve fulsit, iterumqve decurrentem per medicinæ spatium a carceribus ad calces facili expeditoqve itinere traduxit. Nec minoris æstimat, qvod eundem de aliis atqve aliis, iisdemqve raro patefactis naturæ phænomenis utramqve in partem argute disputantem audivit. Hujus etiam opera & suffragio effectum est, ut tribus ante, & qvod excedit, mensibus, qvam huc rediit, ibidem a gravissimo Medicorum collegio in primo gradu capiendorum in Medicina honorum, qvem Baccalaureatum vocant, locaretur. Nunc ad nos regressus est, ut insignia cetera privilegiaqve, qvibus ornantur eminentia professionis nostræ ingenia, ferat. Igitur appellati ab eohumaniter, ut suæ dignitati faveremus, diem faciendo ex eo periculo diximus<sup>1</sup>, qvo introductus in Collegium nostrum pulchre stetit, & interrogatus recte atqve ordine respondit, ut nihil impedit, qvo minus honoribus ejus sine variatione suffragaremur. Reliqvum est, ut in luce oculisqve Academiæ sui copiam faciat, & virium exemplum pari virtute prodat. Qvod cum ductu meo geretur, ut fieri ordinis refert, majorem in modum gaudeo, ex fortuna mea fuisse, ut idem magister ei atqve dignitatis amplificator sim. Eqvidem,

dem, Perillustres LL. Barones, P. Conscripti, & Virtuosi  
ceteri honoratissimi, Civesque Academicci Gene-  
rosi & nobilissimi, ita vos rogo quæloque, ut, si  
in quemque vestrum officium meum persancte sem-  
per tueri volui, habeatis hunc honorem Parenti o-  
ptimo, itemque clarissimo Filio, ac mihi postremo, ut,  
si forte intervalla negotiorum otio dispungatis li-  
ceat, nos *de Senum Morbis* differentes vestrum fre-  
quentia, magno utriusque nostrum  
ornamento, stipetis.

